

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sapiencia uel sciencia b
cum uariis

Non aliam putas esse sapienciam nisi ueritatem in qua cernitur et tenetur summum bonum. Nullo loco est, nusquam deest. Foris ammonet; intus docet. Cernentes in se omnes in melius commutat; a nullo in deterius commutatur. Nullus de illa iudicat; nullus sine illa bene iudicat.

Augustinus de libero arbitrio.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

putas] putes P V¹ V² L¹ L²; ueritatem in qua *om. (cor. in marg.)* M; cernitur et tenetur] tenetur et cernitur P V¹ V² L¹ L²; cernentes] dementes P V¹ V² L¹ L²